expreſſe ſonant reuocationē precedētis.uerba iſta
generalia.iuro ſtare mandato ueſtro.in intellectu
quē important videtur illicita:nec expreſſe ſonant
talem reuocationem obligationis precedētis. Si
ergo virtute iuramēti talis imponatur ſibi q non
ſeruet obligationē priorem.recte interpretandum
eſt q iuramētum ſuuȝ ad iſtud nō obligauit. Sic
eſt in caſu de quo arguis.qꝛ iſte.a.obligat⁹ fuit du
ci ut cōſiliarius.⁊ per conſequēs per iuramētum
qđ fecit ciuibus pro pace eoꝝ habenda nullo mo-
do intelligēdum erat obligare eum ad recedēdum
ab obligatione facta duci. Et breuiter ſi hoc in ſpe
ciali fuiſſet ſibi ꝓpoſitum ad iurandum nullo mō
liceret ſibi iurare.⁊ ſi iuraret periuraret.⁊ tenetur
in hoc nō ſeruare iuramētum:ſed obligationē prio
rem.quando ergo iſtud in ſpeciali nō iurat ſed ali
quod iuramētum generale licitum.nullo modo in
telligitur in illo iſtud illicitum includi.nō ergo pa-
pa h̄ mandauit eum abſolui a iuramēto.ſed denū-
ciari iuramentum 2^m priori iuramento licite facto
repugnare uel eſſe repugnans ⁊ ideo nō eſſe ſeruā
dum. Intelligo repugnans nō ſm formaȝ iuramē
ti.qꝛ generale fuit ⁊ de ſolum licitis intelligēduȝ.
ſed repugnans quātum ad illud ad qđ ipſi uolue-
rint iuramētum applicare.quod.ſ.virtute iuramē-
ti impoſuerunt:⁊ ideo quo ad hoc ſpecialiter non
eſt obſeruāduȝ. Si tamē aliud impoſuiſſent quod
nō repugnaret iuſtitie ad illud fuiſſet virtute iura
menti preſtiti tanq̄ ſimplr liciti ⁊ in tali caſu licite
obligatus. ¶ Ad 2^m etſi videaꝛ q obligans ita ue
lit ſe ad modicum obligare ſicut pōt ſtare cum uer
bis que acceptat ille cui ſit obligatio:⁊ ideo ita mo
dicuȝ ſoluere ſufficit:tamē neceſſario ſit obligatio
ſm cōmunē uerboꝝ intelligētiam quādo alter al
Dē.tot. terum plane non intellexit. ¶ Sed nunqd in caſu
aliquo ſpeciali ſatiſfacit iſte qui tenetur ad vnā miſ
ſam pro eo ſi celebrat ſimul pro eo ⁊ alio? ¶ Diciꝛ
q ſic.qꝛ rōnabilis ꝯſuetudo interpretaꝛ obligatio
nem generalē.nunc aūt rōnabilis ꝯſuetudo eſt.q
anniuerſaria celebrenꝛ in illis eccleſijs ubi corpo
ra ſepeliunꝛ:⁊ in quibus eccleſijs ipſi mortui dum
vixerunt perceperūt eccl'iaſtica ſacra.ſi ergo talis
eccl'ia rōnabilem ꝯſuetudinem habeat q eodē die
nō dicaꝛ niſi vna miſſa pro mortuis.ſi ꝯtingat eo-
dem die plura anniuerſaria cōcurrere ſatiſfit illis
multis per vnam miſſam. Sic ergo videnꝛ mona-
chi ⁊ clerici in eccleſijs cathedralib⁹ ⁊ alijs colle-
giatis ⁊ etiā ſacerdotes curati ſatiſfacere per vnā
miſſam q̄uis teneanꝛ plurib⁹ ſic q cuilibet ad vnā
miſſam. Iſti eniȝ nō obliganꝛ ad ipoſſibile uł oīno
ad incōueniens illi eccl'ie in qua miniſtrant:cuiuſ-
modi eſſet ibi eodē die plures miſſas pro mortuis
ſolēniter celebrare.nec iſta difficultas oritur ex ali
quo illicito:qꝛ licitum fuit illis obligare ſe ad anni

uerſaria ſuoꝝ familiarium in ſuis eccleſijs celebrā
da:⁊ debet intelligi iſta obligatio ſm rōnabileȝ cō
ſuetudinem talium eccl'iaꝝ. ¶ Secus eſt de pau-
peribus religioſis ⁊ ſacerdotibus nō curatis nec
collegiatis.tales enim tenētur ad ſingulas miſſas
ꝓpter ſingulas obligatiōes:nec excuſaret eos cō-
ſuetudo de nō celebrando plures miſſas eodē die.
qꝛ nec habēt rōnem ꝓmittēdi illa ad que oppoſitū
ſequereꝛ.qꝛ nō habent rōnem ſic accipiendi anni-
uerſaria.ſed tū licet eis ad illa ſe obligare de qb⁹
fuerint certi q poſſint complete ſoluere. ¶ Aliter
dici pōt q bene pōt aliquis ſi uoluerit cedere iuri
ſuo.⁊ ideo ille qui obligat ſacerdotē pōt cedere ut
nō teneaꝛ ſolus hēre miſſam:ſed ſimul cū multis:
⁊ iſta ceſſio lȝ expreſſe nō fiat qñq in obligatione
tū rōnabiliter intelligēda eſt fieri in aīo ei⁹:non ſo
lum eius qui ſe obligat:ſed ei⁹ cui ſit obligatio:⁊ h̄
qñ ille cui ſit obligatio bene nouit ꝯſuetudinem ec
cleſie.ſ.q q̄uis multis pro eodē die ſit obligata:nō
tū ſolet ſolui niſi vna miſſa. Et ideo pbabile videꝛ
ſi canonicus talis eccl'ie ordinet ſibi anniuerſariū
celebrare.⁊ ſi multa concurrūt vna die ſatiſfit dicē
do vnā miſſam ſimul pro illis multis. Sed ſi aliqs
neſciens modū illi⁹ eccl'ie ſimplr intēdat obligare
ad tātū ad quantū obligaret ſacerdotē ſimplicē nō
curatū.nō videꝛ q iſti ſatiſfit niſi ſibi reddaꝛ tātū
in eccl'ia collegiata.ſ.ꝓpria miſſa quantuȝ teneretꝛ
reddere ſacerdos non curatus.qꝛ ꝯſuetudo ſpālis
eſt iſti ignota ⁊ licite ignota.qꝛ iſte non teneꝛ ſcire
ꝯſuetudines ſpāles eccl'iaꝝ.nō debet ergo eſſe pre
iudicium iſti.eſſet aūt ſi ꝓpter illam ſacerdos iſte
minus ſibi tenereꝛ q̄ ali⁹ ſacerdos mō ſimili obli-
gatus. Si igiꝛ vult ſacerdos pp ſuam ꝯſuetudinē
ſibi notam alleuiari exprimat eā illi ignoranti.⁊ ſi
ꝯſentiat q ſm illā ꝯſuetudinē ſibi ſatiſfiat bene q-
dem. ¶ Q ergo ibi allegaꝛ rōnabilis ꝯſuetudo tā
q̄ ſatiſfaciēs. ¶ Dici pōt q q̄uis abſolute poſſit rō
nabiliter eſſe ꝯſuetum q in hac eccl'ia fiant anni-
uerſaria defunctoꝝ ſepultoꝝ in hac parrochia.ab
ſolute etiam poſſit eſſe rōnabilis ꝯſuetudo q in eo
dem die in iſta eccl'ia non dicaꝛ miſſa pro mortuis
niſi vna:tū in caſu nō poſſunt iſta duo rōnabiliter
eſſe ꝯſueta in iſto caſu.ſ.qñ iuſtitia requirit pro ſin
gulis obligationib⁹ ſingulas miſſas dici.qꝛ eque
requiriꝛ iuſtitia in eccl'ia collegiata ſicut a ſimplici
ſacerdote.niſi ille cui ſacerdos teneꝛ uelit cedere
iuri ſuo.faltē implicite acceptādo pro ſe ꝯſuetudi-
nem illius eccl'ie.quā nō debet preſumi acceptare.
niſi ſit ſibi nota. ¶ Et cum dī q nō teneꝛ ad ipoſ-
ſibile uel ad incōueniēs. ¶ R̄º.duo poſſunt eē in-
ter ſe repugnātia faltē in caſu:ita.ſ.q ambo nō iu-
ſte fiant ſimul.⁊ tū utrūq eoꝝ diuiſim poſſe iuſte
fieri.⁊ ſicut de iuſte ita de decenter fieri. ¶ Dico ḡ
q ſi ex ꝯſuetudine in hac eccl'ia approbata factuȝ
eſt ſimpl'r incōueniēs hic plures miſſas dici de mor
tuis eodē die.iſti nō licet ſe obligare aliqb⁹ obliga-
tionib⁹ ex qbus ſequereꝛ ſm iuſtitiā debere plures
dici. Si ergo iam obligat⁹ eſt ad vnam miſſam tali
die nō obliget ſe noua obligatiōe ad aliā.qꝛ illa no
ua obligatio nō eſſet ad iſtā iam debitā ḡ ad aliā.
qđ eſt incōueniēs in hac eccl'ia. Et cum dī q rōna
bilis ꝯſuetudo eſt q anniuerſaria celebrenꝛ in pro
prijs eccleſijs. Dico q aliqd pōt eſſe in ſe rōnabile.
⁊ tū cuȝ alio nō ſtat q abſolute poſſet eē rōnabile
in ſe. Sic abſolute rōnabile eſſet anniuerſariū hic
fieri ſi poſſit ſtare cum ordinatione iſtius eccleſie

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝙ ita fieret ſicut ipſe intendit qui ꝓcurat ſic. videlꝫ ꝙ habeat ꝓpriaꝫ miſſam. ſed quādo non pōt ſicut in caſu poſito ibi rōnabile eſt anniuerſariuꝫ nō in iſta eccl'ia celebrari. uel ſi omnino ſacerdos iſte uelit iſtud anniuerſariū recipere. ⁊ tñ cōſuetudinem ſue eccleſie ſeruare ꝓcuret miſſaꝫ ꝓpriam pro iſto dici ab alio ſacerdote. ¶ Et conſimilr videret eſſe dicendum de eccleſijs dotatis quarū miniſtri rōne ordin[...] eccleſie uel elemoſynarū receptaruꝫ iam ſunt dotantibus uel certis pſonis obligati ſpecialiter ad tātū numerū miſſarū pro quāto ipſi ſufficiunt uel ad certū numerū ſuffragioꝝ. nō eniꝫ videtur ꝙ tales ſe licite poſſunt obligare ad miſſas uel ad talia ſuffragia aliꝗ̄s ſoluēda. niſi intēdant ꝓcurare talia ſpecialiter ſolui per alios qui nō ſunt iaꝫ totalitꝰ obligati. ¶ De 3° in iſto ar'° pōt dici ꝙ in caſu ꝓpoſito abſolute nō ſatiſfit eccleſie. qꝛ obligatio cōpleta ſiue que fit inſolidum quādo eſt alia ⁊ alia ad idem in ſpecie. ipſa eſt ad aliud ⁊ aliud: ſicut pꝫ. ff. Secus eſt quādo eſt ad idem in numero. ut quādo pluribꝰ obligationibus obligor: hac ſexta feria ieiunare. puta ex precepto eccleſie. qꝛ eſt ſexta feria quatuor tempoꝝ. ⁊ iterū qꝛ eſt vigilia apoſtoli ieiunanda. ⁊ iterum ex regula mea. Iſtis obligationibus qꝛ ſunt ad idem numero ſatiſfacio vno actu ieiunādi. Secus aūt eſt ſi ad idem in ſpecie. ⁊ ratio videt. qꝛ obligatio non eſt ad impoſſibile ſolui: quotcūq3 aūt ſunt obligatiōes ad hoc nulli pōt ſatiſfieri niſi ſoluendo hoc nō ergo tenet ad aliud. Sed quando ſunt plures obligationes ad ideꝫ in ſpecie. pōt ſatiſfieri eis ſoluēdo aliud ⁊ aliud. Nūc aūt in caſu ꝓpoſito eſt alia ⁊ alia obligatio cōpleta ⁊ ad idem in ſpecie. ſ. ad dicendum miſſam. ergo ſimplicitꝰ nō ſatiſfacit niſi reddat diſtincta. ¶ Confirmatur. qꝛ ad aliam obligationē erat aliud ⁊ aliō ex parte eius cui fit obligatio alliciens ⁊ inducēs obligantes. ⁊ ita videt ꝙ debeat eſſe obligatio ad aliud ⁊ aliud correſpondens alteri ⁊ alteri inductiuo.

ſ. de obli. ⁊ alibi.

Ad argumentum principale pꝫ ex dictis i 1° ar'°: qꝛ virtus ſacrificij nō adequatur ualori eiꝰ qui ꝯtinet in ſacrificio. ſed correſpōdet alicui merito in eccl'ia. nō etiam adequat merito paſſionis chriſti ſicut dictū eſt inferius. lꝫ pro tanto ad illud plus accedat pro quanto illam paſſionē ſpecialius repreſentat. ⁊ ita virtute illius ſpecialius deum placat ⁊ bonum impetrat quantum ad meritū cōmune.

Qō. XXI.

Ultimo queritur. Utruꝫ ponēs mundi eternitatē poſſit ſuſtinere aliquē eſſe u'liter bene fortunatū. arguit ꝙ ſic. qꝛ ponens mundi eternitatē non negat motum. ſed ponit. ⁊ per ꝯñs non negat nām que eſt pñ^m motus. bona aūt fortuna ſm pħm in li° de bona fortuna eſt ſine rōne natura. ergo ⁊c̄. ¶ Cōtra. ponens mūdi eternitatē negat deum poſſe aliquid imediate influere in aias noſtras. ſicut habet 8. phyꝰ. ꝙ impoſſibile eſt pñcipium eternū. [...]euꝫ aliquid agere in inferiora niſi mediante celo. ⁊ mediante illo non pōt fieri influentia in aiam noſtrā. ergo nullam influentiā pōt deus cauſare ſm illaꝫ poſitionē. ſed ponens bonam fortunā habet ponere deum imediate in aias noſtras influere. ut habetur in illo libello uerſus finem. bene fortunatis nō expedit conſiliari. habēt enim principiū tale qō eſt melius intellectu. ⁊ parum poſt. rōnis aūt principium nō ratio ſed aliquid melius. quid ergo erit melius ſciētia ⁊ intellectu niſi deus. virtus enim intellectus eſt organū. vult ibi [ex]preſſe ꝙ iſti imediate mouentur a deo.

3. phy. t. c. 3.

Cōmē. 15. ⁊ 53. ⁊ alibi quere.

Queſtio iſta ut pꝫ per ar^m ad oppoſitū nō querit de quocūq3 mō ponendi eternitatem. ſed preciſe de modo ponēdi pħi. an. ſ. cum illis principijs pħi ꝓpter que ponit mundum eſſe eternuꝫ poſſit ſtare aliquē eſſe bene fortunatū. non pōt aūt aliquaꝝ poſitionū cōpoſſibilitas videri uel repugnātia niſi utraq3 poſitio videatur. Hic ergo pᵒmo videndū eſt de poſitione ponentis aliquē eſſe bene fortunatū. ⁊ ſpecialiter illa que tangit in libro de bona fortuna que dicit fuiſſe Ariſ'lis. ⁊ 2° videndū eſt de poſitione huiꝰ mūdi eternitatis que habet ex. 8. phyꝰ. ⁊ multis aliꝗ̄s locis. 3° patebit ſi eſt inter iſtas pōnes repugnātia.

Vide in 3° di. 2. q. 3. op. ⁊ di. 35. q. ⁊ in Platone de multiplici mundo.

Quantum ad primū ſufficienter pōt ſnīa pħi de bona fortuna ad duo reduci. primo an ſit ⁊ quomō ſit. 2° ꝓpter quid ſiue ꝓpter cauſam ſit. Primum iſtoꝝ requirit tria. ſ. an ſit fortuna. ſecundo an bona fortuna. tert[io] an aliquis ſit bene fortunatus. ¶ De primo habetur ſuccincte ueritas in tribus concluſionibus. prima eſt affirmatiua ⁊ cōmuni conceptui plurium conſona. ⁊ talem philoſophandi moduꝫ habuit cōmuniter Ariſtotiles: quia ſupponit ſemper cōmuniter conceſſa. ſicut patet ponens locum eſſe imobilem. ſicut cōmuniter omnes concipiunt. lꝫ inquirendo per rōnem videatur difficile. ⁊ ponendo tempus eſſe idem numero ubiq3 qō etiam omnes cōmuniter concipiunt: lꝫ per rōnem aliqua circa hoc difficultas occurrat: ⁊ ita in multis que accipit Ariſtotiles tanꝗ̄ cōmuniter conceſſa. hoc modo poterat accipere tanꝗ̄ cōmuniter cōceſſum ꝙ aliquid euenit a fortuna. Manifeſtum eſt enim ꝙ agenti a ꝓpoſito aliquid euenit preter intētionem: ⁊ illud dicitur fortuitum ſiue effectus fortuitus. eius igitur u[t] ſic euenientis fortuna eſt cauſa. qualis aūt cauſa ſit patet ex. 2. phyꝰ. ubi philoſophus declarat ꝙ eſt cauſa per accidens eoꝝ que eueniunt in minori parte actione agentis a ꝓpoſito. ¶ Secūda cōcluſio. ꝙ fortuna nō eſt aliqua cauſa per ſe diſtincta a natura ⁊ intellectu ſiue ꝓpoſito. imo eadem uoluntas que reſpectu effectꝰ intenti eſt per ſe cauſa reſpectu effectꝰ nō inten[ti] dicitur eſſe fortuna. intentum quidem euenit a ꝓpoſito. ⁊ ideo cauſatur uoluntarie. nō intentum euenit preter propoſitum ⁊ ideo cauſatur fortuite. falſa eſt ergo poſitio paganorum imaginātium fortunam eſſe quādam deaꝫ cui tanꝗ̄ cau[ſe] per ſe attribuunt effectꝰ quos vi[de]mus fortuite euenire. ⁊ forte ꝓpter iſtum intellectum malum paganorum reprehendit Auguſtinus ſeipſum primo retracta. c. pᵒmo. Nō mihi inquit placet totiens appellaſſe fortunaꝫ ⁊c̄. catholici autem potius debent talia attribuere prouidentie diuine ſalteꝫ gn̄aliter. ¶ Tertia concluſio eſt: ꝙ fortuna nō eſt cā totalis. hoc eſt ꝙ nihil ſic euenit a fortuna: quin etiā eueniat ab aliqua cā per ſe intēdente iuxta illud Pla. in thimeo. nihil eſt cuiꝰ ortum nō pceſſit legitima cā. ⁊ 5. de ci. dei. c. 9. dicit Augꝰ. Cicero ꝯcedit nihil fieri ſi cā efficiens nō pcedat. ⁊ hoc rōnabiliter ꝯceſſit. qꝛ qō nō eſt a ſe nō pōt hře eē niſi a cā efficiēte: ⁊ ibi reqrit aliq cā p ſe ſiue itendēs: qꝛ ſub intētione cāe ulioris cadūt plures effectꝰ. ⁊ ita ſub itentione cāe pꝰ cadūt oēs. ſed quādo alicuius effectus nō apparet cauſa ꝓxima per ſe ſiue intendēs. tūc ille dicit effectus fortuitus uel caſualis. ⁊ ſic eſt intelligēdum illud Augⁿⁱ de achademicis qōnibus in principio. ubi dicit fortaſſe nihil aliud in rebus caſum uocamus niſi cuius ratio ſecreta eſt. Et hanc opinionem tāgit philoſophus in iſto libello cap̄. 2. Si aūt inquit a fortuna nihil dicēdum eſt fieri. ſed nos alia exiſtente cauſa ꝓpter non videre. hoc eſt qꝛ non videmus eaꝫ fortunam aimus eſſe cauſam ⁊c̄. ¶ Secūduꝫ in iſta particula qō eſt de bona fortuna explicatur in vna cōcluſione ⁊ duplici diſtinctione. Cōcluſio que etiam videt cōmuniter conceſſa hec eſt. bonam fortunam eſſe: manifeſtum enim eſt ꝙ agēti alicui a propoſito euenit pter intētionem aliqō bonuꝫ: ⁊ ita cū bona fortuna dicat bonus effectus fortuitus. uel magis ꝓprie lꝫ minus [u]ſitate cauſa talis effectus: ⁊ illa duo ſine ſe inuicem eſſe non poſſunt. ſeqtur ꝙ bona fortuna ſit. Hanc diuiſionem. q. uocis in ſignificationes: puta bone fortune ut accipitur pro cauſa uel effectu tangit philoſophus. c. p. cauſam frequēter aimus ipſam eſſe. cauſa aūt alienū a nomine. cauſa enim ⁊ cuius eſt cauſa aliud eſt. hec ibi. Ulterius aūt bonam fortunā diſtinguit philoſophus dupliciter penes ea in qbus eſt hoc eſt penes effectus bone fortune. ⁊ eſt pᵒma diſtinctio iſta fortuna bona eſt in his que non in nobis exiſtunt. hoc eſt quoꝝ non ſumus dñi. ſicut exempl[ifi]cat nobilem bene fortunatū dicimus: ⁊ totaliter cui talia exiſtūt quorum ipſe non dñs eſt. Alio modo bona fortuna eſt in his que ſunt in nobis. etenim cui preter cogitationē ſuam acciderit aliquod bonū operari bene fortunatū aimus. ſine rōne enim habens impetum ad bonuꝫ: ⁊ hoc adipiſcēs dicit bene fortunatus. ut planius intēdens vnum ⁊ in exequēdo adipiſcēs aliud non intētum ⁊ tamen bonū: dicit in hoc habere bonaꝫ fortunā. Iſta diſtinctio bone fortune penes effectus videt eſſe in illud qō eſt ꝓprie tale. ⁊ in illud qō eſt cōmuniter uel min[us] ꝓprie tale. nam ꝓprie bona fortuna videt eſſe illoꝝ que ſunt in poteſtate noſtra. ſicut ⁊ abſolute fortuna. ⁊ hoc ſic intelligēdo ꝙ lꝫ fortuitum non ſit per ſe ſiue pᵒmo in poteſtate uolūtatis: qꝛ nō euenit ex intētione eius. tamē eſt in poteſtate eius per accñs ⁊ quaſi ſecūdario ut annexum per ſe intēto. reſpectu aūt illorum que [n]ec ſic nec ſic ſunt in nr̄a poteſtate ⁊ per cōſequens accidūt nobis non inquātū agētibus a ꝓpoſito non eſt proprie fortuna ſed caſus ſicut patet. 2. phyꝰ. ¶ Alia eſt diſtinctio bone fortune ſm effectus. ſ. per ſe ⁊ per accidēs. effectus per ſe eſt bonum ſumere. effectus per accidens eſt malum non ſumere. ⁊ hec diſtinctio ſepe tang[it] in illo libro. ¶ Tertiū in hac particula. ſ. de bene fortunato ſtat in quadā diuiſione trimēbri. ¶ Primuꝫ mēbrum. nullus dicit bene fortunatus eo ꝙ ſemel ſibi bene accidit fortuite. ¶ Secūduꝫ mēbrum. nullus dicit bene fortunatꝰ ex hoc preciſe ꝙ ſibi ſemper fortuite bene accidit: qꝛ ſiue intelligat ſic ꝙ cū omni ꝓpoſito ſuo annexum eſt aliquod bonuꝫ fortuitum: ſiue ſic ꝙ cuicūq3 ꝓpoſito ſuo annexuꝫ eſt aliquod fortuitum ipſum eſt bonum. neutruꝫ enim iſtorum ſemꝑ accidit ſine miraculo ſpeciali. ⁊ hoc non ſolum intelligēdo vniuerſaliter abſolute. uerū etiam in tali actu: puta militari uel negociatiuo: ⁊ hoc ſiue de bono euētu ſimili: puta victoria uel lucro: ſiue diſſim[i]li. puta hoc uel illo annexo caſualiter. Nullo qdem iſtorum modoruꝫ diceret philoſophus aliquem eſſe bene fortunatuꝫ ſicut nec ratio ꝓbabilis perſuadet. ¶ Tertium membruꝫ. ꝙ aliqs dicit bene fortunatus: qꝛ ſibi ut in pluribus bñ fortunate accidit. vnde ſm Ariſ'les pᵒmo ethiꝰ. vna hyrundo non facit uer. ſic vnus actus ⁊ ſimiliter vnꝰ euētus effectus fortuiti non facit hoiem dici bene fortunatuꝫ: ſed quādo accidit ei ut in plu[ri]bus. vnde dicit Ariſ'lis in lib. de bona fortuna. [i]nſipientes exiſtētes dirigūt multa. ⁊ ideo quādo habēt actiones per ſe intentas ad quas pter eoruꝫ intētiones euenerunt ut in pluribus bona: dicuntur bene fortunati: ⁊ hoc patet ex cōmuni ſermone. vnde pᵒmo rhetorice videmus ꝓpter bonas fortunas bñ fortunatos electos. ¶ Sed eſt ne aliquis vniuerſaliter bene fortunatus? hoc poteſt dupliciter intelligi. vno modo ut cuilibet intēto ab eo per ſe ſit ſemper annexum aliqd bonum per accidēs: ut in arte placandi ⁊ ſanādi ⁊c̄. Alio modo ſic ut ſit talis ꝙ quādocūq3 eſt annexum ſibi aliqd fortuitum illud ſit bonum. ⁊ credo ꝙ neutro modo aliqs dicitur vniuerſaliter bene fortunatus ſine miraculo ſpeciali. qꝛ nullus poteſt eſſe quin in actione ſua aliꝗ̄s cauſis cōtingētibus concurrentibus [p]oſſit aliqd malum per accidēs concurrere. quia in poteſtate ſua non eſt cōcurſus aliarum cauſarū. ſ. ut fodiēs fodiat ad bufonem uel ad ſerpēteꝫ niſi deus faceret ex miraculo cōcurſum cauſarum ſpecialem ad hoc. ſꝫ ut in pluribus pōt aliqs eſſe bene fortunatꝰ: ⁊ hoc aliquādo quātum ad bona ſimilia cōiuncta ſimilibus ꝓpoſitis. ut quādo euenit victoria cōiūcta uoluntati bellādi. Aliquādo quātuꝫ ad diſſimilia bona diſſimilibus ꝓpoſitis. Aliquādo ecōuerſo quātum ad bona diſſimilia ſimilibus propoſitis: ⁊ ſic eſt poſſibile aliquem ut in pluribus eſſe bene fortunatuꝫ: ut patet per expientiam. ¶ Sed in quibus cōſiſtit bona fortuna? Ariſ'les dicit pᵒmo rhetorice ſue ꝙ in duobus. ſ. in aſſequēdo bonum pter intentum: ⁊ fugiēdo malum. ut ſi q[ui]s non incidit in latrones. Alio modo diſtiguit bona fortuna ſm Ariſ'les in lib. de bona fortuna. ꝙ. ſ. bona fortuna dicit reſpectu eorum que in nobis ſunt: ut quādo aliquis intēdit vnum per ſe ⁊ aliud euenit. Alio modo reſpectu eorum que non ſunt in noſtra poteſtate: ut ꝙ aliqs ſit nobilis ⁊ pulcher ⁊ diues naſcat ⁊c̄. Et iſta diſtinctio fortune eſt in fortunam ꝓprie dictam. ⁊ minus ꝓprie dictam: que magis dicitur caſus: quia non eſt ab agēte a ꝓpoſito: qꝛ non eſt talis euētus in poteſtate noſtra. ¶ Sed que eſt cauſa eſſendi bene fortunatū: qō eſt ſcōm pñcipale in pᵒmo articulo pñcipali. ⁊ hoc de bona fortuna improprie dicta que non eſt in poteſtate nr̄a. Non inuenio aliquid intrinſecuꝫ in hoie ꝓpter qō debeat dici bene fortunatus iſto modo. ſed hoc accidit ſibi ex cōcurſu cauſarū extrinſecarum que pōt eſſe ex deo diſponēte ſm theologos: lꝫ nō ſm Ariſ'les. ſicut ſi aurum ſit ibi. ⁊ aliqs intēdens fodere ipſum inueniat: hoc eſt ex cōcurſu cauſarū extrinſecaruꝫ: ⁊ non eſt alia cauſa: niſi qꝛ ipſe eſt magis diſpoſitus ut cauſa vniuſ'lis moueat ipſum ad hūc locum magis qꝫ ad alium. Sed cauſa q̄re ad ꝓpoſituꝫ illius ſeqtur bonum: ⁊ nō ad ꝓpoſitū alterius. Ariſ'les in libello de bona fortuna. inqrit cauſam intrinſecam quam dixit eſſe impetū. ¶ Sed ſi tu dicas tu queris cauſam ubi nō eſt cauſa: effectus fortuitus nō habet cauſaꝫ? Dicēdum ꝙ notum fuit Ariſ'li. ꝙ ſi-

4. phyſi°. t. c. 41.

4. phyꝰ. t. c. 94. ⁊ ide[m] ⁊ ſpāliter. t. c. 124.

T. c. 50.[?]

Lib. 2.

Vide i p̄re trac. c. 1.

T. cō. 61. ⁊ circiter.

Cap. 9.

a. l. plātādi.

Universidad de Deusto Biblioteca

cut illud qd̃ euenit in pluribus: habet cauſam ut in
pluribus vniformiter: ita ꝙ euenit in paucioribus
⁊ difformiter habet reduci ad cauſam vniformiter
agẽtem ⁊ per ſe. Cauſa autẽ intrinſeca ⁊ proxima
2.phyſ. huius euẽtus fortuiti ſm Ariſ. in p̃dicto libello
eſt impetus. dicit enim ſic. Eſt ergo bona fortuna
ſine rõne natura. benefortunatus enim eſt ſine rõ-
ne habẽs impetum ad bona. ⁊ hec adipiſcẽs. hoc
aũt eſt nature. in aĩa enim ineſt tale natura quo im
petu ferimur ſine rõne ad que utiq; bene habebi-
mus. Et ſiqs interroget ab opante quare ſic facit.
neſcio inqt ſed placet mihi ſimile patiẽs his que a
deo agunt. etenim a deo uecti ſine rõne impetum
habẽt ad opari aliqd. Et vult dicere ꝙ aliq habẽt
uelle ad qd̃ ſeqtur bonum aliqd̃ preter intẽtam ex
impetu ⁊ ſine rõne: ⁊ cauſa huius impetus eſt na
tura. Et iſtam diuerſitatem hoium accipit Ariſ.
per expientiam ꝙ enim iſte impellat ⁊ iſte nõ cuz
ſine rõne eius cui impellit: hoc accidit: non põt eẽ
ratio. ergo cauſa eſt natura. ſed illa differẽtia uel di
uerſitas non ponit differẽtiam ſpecificam in natu-
ra: ſed indiuidualem. ꝙ enim agẽs extrinſecus vni
formiter agens moueat iſtum ad bonum ⁊ nõ ali-
um: eiuſdem rationis exiſtẽtes: non poteſt eſſe ni-
ſi propter aliquid intrinſecum in vno quod non eſt
in alio. hoc autem non põt eſſe ratio ut dictum eſt:
nec aliqd ↄſequens ſpẽm: qꝛ illud vniformiter cui
libet ineſt. eſt ergo aliqd ptinens ad indiuiduũ. qd̃
autem non ſit ratio; patet. quia ubi plurimus intel
lectus ⁊ rõ ibi minima fortuna. ubi autez plurima
De bona for.c.1. fortuna ibi minimus intellectus ſm Ariſ. nec eti
am uolũtas: qꝛ ſimilis põt eſſe actus uoluntatis in
utroq;: ⁊ tamẽ vnus aſſeqtur affectum fortuitum:
⁊ alius non aſſeqtur. ergo illud intrinſecũ eſt impe
tus a natura ꝓueniens. ideo dicit bene fortunatũ:
bene natum. quia in eo eſt diſpoſitio qua a ſuperio
re motore impellit ad ꝓpoſita: ſm que eueniũt ſi-
bi cõmoda. ¶ Sed illa diſpoſitio nãlis eſt ne diſpo
ſitio ex parte aie uel corpis? ¶ Rñdeo. ſi Ariſ. i
tellexit ꝙ aie differũt ſm gradus nãles in nobilita
te ⁊ pfectione: tũc eſſet dicẽdum ꝙ aia nobilior ha
beret talem impetum ſicut brutũ nobilius hẽt no-
biliorem eſtimationem: ⁊ nobiliorẽ inſtinctum na
turalem ad aſſequẽdum cõmodum maius. ſed nõ
credo Ariſ. ſic intellexiſſe. ſ. ꝙ iſte impetus ſeq̃-
tur aliquem ex nobilitate aie. qꝛ dicit ubi minimus
intellectus ibi maxima fortuna. vñ dicit ꝙ talẽ nõ
expedit cõſiliari. non ergo hoc cõuenit intellectui
ex ſua pfectione: ſed qꝛ habet nobiliorẽ impellẽtez
ſicut nauis male regibilis melius frequẽter naui-
gat. ſed nõ ꝓpter ſeipſam: ſed habet bonuz guber-
natorem. In corpe ergo iſta diſpoſitio eſt ↄſequẽs
cõplexionem determinatã. ¶ Sed eſt dubitatio q̃
liter natura eſt cauſa iſtius impulſus ad uolẽdum
aliqd ad qd̃ ſequat cõmodum preter intẽtionẽ ope
rãtis: ſi ſicut grauitas eſt cauſa deſcẽſus deorſum
in graui. tũc enim fortuitum nõ eſſet a fortuna: qꝛ
in natura eſt aliq̃ diſpoſitio inclinãs ad hoc. lꝫ non
ſufficiẽter motiua. ¶ Item ꝓbo ꝙ oia eẽnt a fortu
na: ſi ex hoc dicat qs bene fortunatus: qꝛ habet diſ
poſitionẽ qua impellit ad uolendum aliqd ad qd̃
ſequat cõmodum ſine rõne ⁊ conſilio: qꝛ in acti-
bus humanis cõſilians nec ꝑus conſiliat nec cõſi
Li. de bo. fortuna. nõ lõge a fine. derãs ꝑus cõſiderat: aliter eẽt ꝓceſſus in infinitũ.
In pmis ergo actibus non habet impulſus a ratio
ne cogẽte ad eliciẽdum tales actus. ergo eliciũtur
ſine rõne ⁊ a natura: ⁊ talis dicit fortuna. ergo ⁊c̃.
¶ Item tu dicis ꝙ aliqs habet impetuz ſine rõne.
¶ Cõtra. non eſt bona fortuna ſine actu uolunta-
tis: qꝛ fortuna eſt effectus cõtingens cõſequẽs effe
ctum agẽtis a ꝓpoſito. nũc aũt actus uolũtatis eſt
circa obiectum oſtẽſuz a rõne. ergo talis impulſus
ad uolẽdum non eſt ſine rõne. ¶ Item ſi natura i
pellit aliquem ad uolẽdum ⁊ nõ ratio: ergo nõ eſ-
ſet fortuna qd̃ euenit: ſed caſus: qꝛ hec eſt differen-
tia inter fortunam ⁊ caſum. 2. phyſ. ¶ Rñdeo. pri-
T.cõ.61. ⁊ circiter. ma ratio uadit ad hoc ꝙ pma intellectio ſit fortui
ta. ⁊ ſi ſequat aliqd bonum ⁊ cõueniẽs diceret qs
per eaz bene fortunatus. ¶ Rñdeo igit ⁊ dico ꝙ
De.qli.6.q.10. ſm ꝙ vnus doctor exponit pħm in p̃dicto libello:
videt uelle ꝙ pma intellectio ſiue uolitio ſit a deo
mouẽte intellectũ ⁊ uolũtatem non per oſtẽſionez
obiecti: ⁊ dicit p̃dictus doctor ꝙ hec eſt ſententia
Anſel. de caſu diaboli. c.12. qui dicit ꝙ angelus nõ
habuit pmum actum a ſe. ¶ Sed credo ꝙ habu-
it pmum actum a ſe ſicut ſecũdum: lꝫ uolũtatez ha
buit a deo. ad actum enim uolendi non reqrit niſi
uolũtas ⁊ intellectus ꝑuius oſtẽdens obiectuz. ⁊
per hoc patet ſolutio ad rõnem ſuam. ¶ Cõtra. ſi
angelus habuit pmũ actũ uolẽdi a ſe: aut habuit
uolẽdo: ⁊ ſic eſt ꝓceſſus in infinitũ: aut nõ uolẽdo
qd̃ eſt incõueniẽs. ¶ Rñ. dico ꝙ hñdo intellectuz
oſtẽdẽtem obiectũ: ⁊ hñdo uolũtatẽ ꝑus nã: ſimul
tñ tpe habuit uelle. Dico ergo ꝙ iſta concluſio eſt
cõcedẽda quo ad aliqd. ſ. pmam intellectionẽ nõ eſ
ſe a rõne: ſed quo ad aliqd a caſu: intelligẽs non ꝑ
us intelligẽdo intelligit. pma ergo intellectio non
eſt a rõne oſtẽdẽte obiectũ ꝑus. ergo eſt a caſu quo
dãmodo ſm Augm li.3. de libe. arbi. nõ eſt in pote-
ſtate nr̃a qbꝰ viſis tãgamur. ⁊ ideo illud eſt fortui
tum ⁊ caſuale. ¶ Et ſi arguas. pma intellectio ſi
ſit fortuita oia ↄñt' 3 erunt fortuita. Dico ꝙ nõ ſeq-
tur: qꝛ habita pma intellectione ⁊ uolitione poteſt
aliqs rõcinari de agẽdis: ⁊ ita que ſequunt illã de
liberationem nõ erũt fortuita: ſed a rõne deliberan
te. ¶ Sed ſi queras pme itellectiones ſunt ne ſim
pliciter fortuite? Dicẽdum ꝙ nõ: qꝛ ſunt ab obetis
fortius mouẽtibus ſm fantaſmata magis impſſa
ceſſantibus impedimẽtis: ⁊ ſic pma intellectio ha
bet cãm nãlem motiuã in nobis. qꝛ tñ nõ eſt a rõne
deliberãte: nõ eſt imputabilis homini niſi interpta
tiue: qꝛ in ptãte hois fuit facere obiectũ fortiꝰ mo-
uẽs ex frequẽti cõſideratione ex qua fortius impri
mat fantaſma tale in memoriã. ⁊ per ↄñs fortius
mouet ⁊ ꝑus ceſſante impedimẽto. pma ergo itel-
lectio non eſt in poteſtate noſtra. ſed prima indiffe
rentia qua põt quis ſe determinare ad uolẽdũ uel
no. uolẽdum hoc eſt a uolũtate non ab intellectu
qꝛ intellectꝰ ab obiecto nãliter mouet. ⁊ ideo ſi uo
luntas nãliter moueret ab intellectu nãliter moto:
uolũtas nãliter moueret. ⁊ ſic homo eẽt vnũ bonũ
brutũ. uolũtas igit non mouet neceſſitate nãli. ſed
habita pma intellectione in ptãte eius eſt cõuerte
re intellectũ ad ↄſiderãduz hoc uel illud. ⁊ hoc uł
illud uelle uel nolle. ⁊ ſic pma uolitio oino eſt a no
bis: nec eſt ita a caſu ſicut pma intellectio. ¶ Ad
ſcõm dicẽdum ꝙ Ariſ. videt dicere in libro p̃di-
cto ꝙ ille impetus uel impulſus ad uelle aliqd ad
qd̃ cõſeqtur cõmodum nõ eſt ſic a rõne ꝙ talis ſci
at ſic reddere rõnem quare hoc facit. Dicẽdum er-
go ꝙ illud uelle habet a rõne oſtẽdẽte obiectũ uo-
litum: ſed non a rõne cõſiliante oſtẽdẽte cauſam q̃
re hoc facit diſtincte. ſed hoc hẽt ab impetu. ¶ Ad
tertium dicẽdum ꝙ lꝫ natura ſit mediata cauſa illi
us euẽtus fortuiti. non tñ immediata: ſed uoluntas
vnum intẽdens lꝫ ſit aliud eueniẽs p̃ter intẽtuz qd̃
dicit fortuna nõ caſus. Sed de cauſa extriſeca hu-
iuſmodi euẽtus fortuiti ſm Ariſ. videt dicẽdum
ꝙ non natura eſt cauſa eius: qꝛ natura eſt determi
nata ad vnum ſaltẽ vnitate eiuſdem ordinis ⁊ con
nexionis. euẽtus autem fortuiti non vident habe-
re cõnexionem nec ordinationem ad alia. ergo na-
tura non eſt cauſa ſufficiẽs ⁊ completiua euentus
fortuiti. ¶ Item tũc ſequeret ꝙ fortuna eſſet cau-
ſa per ſe. Item nullus dicit bene fortunatus: qꝛ im
pellit ad uolẽdum aliqd ad qd̃ cõſeqtur bonum ni
ſi illud bonum adipiſcat. ſed illud bonum adipiſci
non põt niſi cauſe intermedie cõcurrant ad hoc. cũ
ergo natura non põt eſſe cauſa ſufficiẽs huius con
curſus natura nõ ſufficit. ideo ſeqtur ꝙ eſt aliqua
cauſa extrinſeca cõiungens. Sed que ſit illa cauſa
extrinſeca ſm Ariſ. eſt ne celum uel intelligẽtia
mouẽs celum mediãte celo uel deus ipſe immedia
te mouẽs? Dicẽdum ꝙ ſi nihil ſit effectus fortuitꝰ
niſi illud ad quod cauſalitas celi põt ſe extendere
tũc non eſt neceſſarium cauſam inquirere niſi celũ
⁊ mouẽs celum. ⁊ hoc videt ꝓbabile: qꝛ nihil for-
tuitum videt in homine niſi illud ad qd̃ cauſalitas
celi ſe extẽdit mediate uel immediate. Sed pmum
non credo eſſe uerum: qꝛ aliqd eſt in hoie ad quod
cauſalitas celi non põt ſe extẽdere ſicut eſt uolitio
niſi occaſionaliter mouendo appetitum ſenſitiuuz
ſm cuius inclinationem apta eſt uolũtas inclina-
ri: celum ergo quia non poteſt uolitionem attinge
re nec etiam cauſas ad eius cauſationem cõiunge
re: ideo aliquid eſt in homine ad quod celi cauſali
tas non poteſt attingere. Et ſi diceret: ⁊ forte ue-
rum eſt: ꝙ nullus effectus fortuitus eſt in uolũta-
te ⁊ coniũctus uolitioni per accidẽs: ſed tamẽ cau
ſalitas celi ad omnia alia ſe extẽdit: ⁊ ſic non opor
tet aliam cauſam extrinſecam ponere niſi celum ⁊
intelligẽtiam mouẽtem celum ⁊ deum mouentem
mediate. ita ꝙ ſi Ariſ. videt dicere ꝙ tale princi
pium ſit deus: debet gloſari uerum eſt mediate.
¶ Si autem aliqs effectus fortuitus ponatur in
uolũtate cum celum non poſſit talem effectum at
tingere nec cauſas ad cauſandum ipſum cõiunge
re: nec aliqua intelligẽtia creata. tunc oportet ali-
quos effectus fortuitos in deum reducere: qui om
nia prouidet ⁊ cõiũgit cauſas medias ad effectus
tales fortuitos cauſandos. Sed quomodo hoc po
8.phyſ.t.c.15.⁊.12.meta. ⁊ alibi. teſt concordare cum principijs Ariſ. qui non vi-
detur ponere aliquod nouum immediate eẽ a deo:
vnde ipſe ponens mũdum eternuz non poſuit mo
tum potuiſſe eſſe nouum niſi ſm partes: ita ꝙ to-
tus non potuit eſſe nouus. Et iſta cõcluſio poteſt
dependere a tribus principijs. primo ꝓpter immu
tabilitatem principij: quia primum eſt omnino im-
mutabile. ideo nullum motum nec mobile põt im
mediate de nouo producere quia aliter ſe haberet
nunc ꝙ prius. Sed non credo ꝙ arguat ſolum ex
immutabilitate agẽtis. immo oportet addere aliqd
ex parte effectus: ſic ꝙ agẽs immutabile non po-
teſt immediate cauſare aliquid nouum alterius ra
tionis. quia aliter contradiceret ſibiipſi: quia intel-
ligentia omnino immutabilis ſm eum cauſat no-
uam partem motus: nec ꝓpter hoc eſt mutabilis.
nec adhuc ſufficit: ſed oportet addere ſic. agẽs om
nino immutabile nõ poteſt cauſare immediate ali-
quid nouum alterius rationis nulla poſita diuerſi
tate in medijs cauſis actiuis uel receptiuis. aliter
non haberet propoſitio Ariſ. ueritatem. ſi enim
cauſe intermedie actiue ſint diuerſe diſpoſitionis
in agendo. uel paſſiue diuerſe diſpoſitionis in reci-
piẽdo. põt eſſe diuerſitas effectuũ: dato [illegible] ꝑ-
ma nulla ſit mutabilitas uel nouitas aliquo modo
¶ Dicemus ergo ſm Ariſ. ꝙ agens oino imu-
tabile non habẽs cauſas medias actiuas uel rece-
ptiuas diuerſe diſpoſitiõis nõ poteſt cauſare aliqd
nouũ alterius rõnis: ſed aliqua iſtarũ cõditionum
deficiẽte nõ habebimus ſm Ariſ. vnde ↄcludamꝰ
aliquã nouitatẽ in deo. ¶ Dicẽdũ ergo ꝙ nõ ↄdi a.l.nullam
cit ſibi in libello de bona fortuna. ⁊ .8. phyſ. ſm ꝙ
aliqui uolũt ſibi imponere: qꝛ ſi ſm pmã viam ſuf
ficiat omnem effectũ fortuiti reducere in celũ hoc
nõ ponit aliquã nouitatẽ uel mutabilitatez in deo:
qꝛ non cauſat deus effectus fortuitos de nouo niſi
mediante celo: ⁊ hoc non eſt ↄtra euz. dato etiã ſm
aliã viaz ꝙ oporteat aliquos effectus fortuitos no
uos reducere imediate in deũ: adhuc nõ cõtradi- 16.de aiali. uel.2.de gene.aial.c.3
cit ſibiipſi. qꝛ certũ fuit Ariſ. ſm ſua pncipia po-
ſuiſſe aiam intellectiuã eſſe a deo imediate. ⁊ ad hꝫ
attingere põt rõ naturalis cũ ſit imortalis. ⁊ ita ali
qd nouũ põt imediate eſſe a deo: ⁊ tñ nõ ↄdicit ſi-
bi ſm ſua pncipia. ¶ Sed quõ eſt hoc poſſibile? di
cẽdũ ꝙ imutabilitas agẽtis excludẽdo cãs actiuas
itermedias uel receptiuas cõcludit ſm Ariſ. ꝙ
nõ poſſit fieri aliqd nouũ alterius rõnis. ſed ſi vn.
ↄditio defecerit. ſ. quãdo cãe intermedie actiue uel
paſſiue diuerſimode ſe hñt i cãndo põt cãre de no-
uo aliqd alterius rõnis. Si etiã effectꝰ cãndus ſit
eiuſdem rõnis põt deus iſ m cãre; imediate nulla
poſita nouitate in eo ꝓpter diuerſitatẽ cãrum rece
ptiuarũ: ſicut ſol imediate ſol[uit] glatiẽ ⁊ coagulat
lutũ: nulla poſita nouitate in eo: ita ſm Ariſ. hoc
corpe organiçato deus neceſſitate imutabilitatis
cauſat hanc aiam: ⁊ ꝑus nõ: qꝛ mã nõ erat diſpoſi
ta: ſicut nec ſol cauſat aliũ ⁊ aliũ radium in aere ⁊
in aqua: niſi ꝓpter diuerſitatez recipiẽtiũ. ſic in ꝓ-
poſito deus influit vniformiter in qd̃libet iquãtuz
põt ſm Ariſ. ⁊ qꝛ iſte eſt diſpoſitus: ille nõ. ideo
deus impellit iſtũ ad tale ꝓpoſitũ: ad qd̃ cõſeqtur
cõmodum. illum autem nõ impellit: qꝛ non inuenit
in eo diſpoſitionem illam quã diximus ꝑus. ⁊ ita
poſitio Ariſ. de bona fortuna ſtat cum poſitione
ſua .8. phyſ. ſcilicet ꝙ deus non poteſt cauſare no
uum mũdum uel nouum celum uel nouum motũ
ſm ſuam totalitatem. Sed ſm fidem ⁊ ueritatem
dicẽdum eſt ꝙ deus habens prouidẽtiam genera
lem de omnibus regit res ſm ꝙ nate ſunt regi. ſꝫ
ꝙ dicitur. 7. de ciui. c.30. Sic deus res quas con-
didit ⁊c̃. tamen preter iſtam generalem prouiden-
tiam habet prouidẽtiam ſpecialem ex quadam ele
ctione ſm quam prouidet vnicuiq; hominum ſm
merita preſentia uel futura ⁊ occulta nobis. tamẽ
ſibi preſentia. quia eius iudicia iuſta ſunt ſemp lꝫ
occulta: ita ꝙ aliquãdo aduerſitas plus ꝓficit q̃
Proſa.4. proſperitas ſm Boetium. 4. de conſola. ita ꝙ lꝫ po
namus aliquem bene fortunatum: tamẽ ex hoc ni
hil nouum ponimus in deo: ut dictum eſt: ⁊ ſic pa
tet ad rationes.

¶ Explicitunt Queſtiones Quolibetales.

Universidad de Deusto

Additio q.7. ibi immediate añ illó. Jã pñter ⁊c.

D ſolutiones iſtorū obiectorū doctoꝛ remittit ſe alibi. pōt tamē dici ad pᵐum negãdo conſequētiam: qꝛ lꝫ intellectus viatoris poſſit ex ſuis naturalibus cognoſcere ibi eſſe pfectiſſimam uolūtatem. hoc tan.... eſt per cōceptū impfectum: qꝛ nō eſt inconueniēs per cōceptū impfectum cognoſci aliqd eſſe pfectiſſimū: ſicut per cōceptum finitū cognoſcit aliqd eſſe infinitū. Et ideo nō ſeqtur ꝙ per talem rōnem uolūtatis: quam viatoꝛ habet ex lege cōmuni: poſſit tanq̄ per medium euidēs a priori cognoſcere deo ineſſe oīpotētiam. ¶ Ad ſcōm dicēdum eſt ꝙ q̄litercūq̄ ſit de maiore: minoꝛ videtur negãda: qꝛ etſi deus ſit res ſimpliciſſima: non tñ omnis cōceptus quem nos habemus de eo eſt ſimplr ſimplex. ⁊ ideo non opoꝛtet oēm ꝓpoſitionem talem eſſe per ſe ꝑpꝛie. ⁊ tñ ſi eſſet per ſe: nō tamē ex hoc eēt per ſe nota. ¶ Ad tertiū dicēduꝫ ꝙ cognitio metaphyſici de deo excedit cognitionem phici de deo: tam extēſiue ꝑpter multitudinem paſſionū uel ꝑpꝛietatum cognitarū: q̄ꝫ intēſiue ꝑpter maiorē pfectionem ⁊ pfectiorē modum cognoſcēdi. ⁊ per hoc ad foꝛmā argumēti dicatur cōcedēdo pmam ꝯñtiā: ⁊ ꝯñs ad iſtum intellectū ꝙ metaphyſicus pōt ad altiorē cognitioneꝫ attingere q̄ꝫ eſt illa cognitio: qꝛ ad quam nō ſufficit naturalis uel phicus attingere. naꝫ in cognitione qa eſt dare latitudinē ⁊ exceſſuꝫ ſm maius ⁊ minus tam intēſiue q̄ꝫ extēſiue. Et ideo cum ulterius infert. ergo pōt attingere ad cognitionē ꝑpter quid negãda eſt ꝯñtia de demōſtratione quia ⁊c.

¶ Queſtione. 14. circa fineꝫ. añ illam pticulã textᵘ Et per idem ad ſecundum.

Exemplum huiuſ apparet in ſenſu. qñ enim ſpēs coloris videt ſicut quãdo radius trãſit per vitrum rubeuꝫ ruboꝛ apparet in pariete oppoſito. ⁊ ille ruboꝛ ita viſus nō eſt ratio vidēdi ruborē in vitro ſub ꝑpꝛia rōne ſed tñmō diminute. ul' foꝛte nullo mō niſi per collationem huius ruboris ad illum tanq̄ſ ſitis. quãdo aūt ſpecies ſenſibilis eſt ratio ſentiēdi obiectū ſub ꝑpꝛia rōne ſua: ipſa non eſt pcepta per ſenſuꝫ ſicut apparet manifeſte in viſione recta ubi nihil videt in medio inter colorē ⁊ oculum. ⁊ tamen eſt ibi ſpecies coloris multiplicata. ¶ Sed cōtra. lꝫ hoc ſit ibi: in viſione tñ reflexa videt ꝙ ipſa ſpecies videat: qꝛ hoc qȯ videt apparet videri in ſpeculo. ⁊ tñ in tali viſione reflexa ſpecies eſt ratio ſentiendi obiectū in rōne ſua ꝑpꝛia: qꝛ obiectum videtur ſub ꝑpꝛia rōne viſibilitatis ſue. ergo a ſimili in ꝓpoſito poſſet deus videri per medium quaſi ſpeculatum: ⁊ tñ ſub rōne ꝑpꝛia obiectiua. Sed hic dicēdum ꝙ Alacen in pſpectiua ſua li. 4. c. 4. ex intētione determinat ꝙ ſpecies nō eſt in ſpeculo ſubiectiue: ⁊ ut ibi termināns actum videndi. Et breuiter oſtēdi pōt vnico experimēto: qꝛ qȯ alicubi exiſtēs in ſe videt ab oculo exiſtēte in hoc ſitu. pōt etiam videri ab ipſo exiſtēte in alio ſitu. dum tamē medium ſit illuminatū: ⁊ nō ſit opacum iterpoſitum. ⁊ ſit etiā debita diſtãtia. ſed oculuſ qui in determinato ſitu exiſtēs videret album in ſpeculo alibi exiſtēſ non videret. qꝛ non ſit viſio iſta niſi in illo pūcto ad quem puenire pōt radius reflexuſ q ſemp eſt in eadem ſupficie cum radio incidētie: ⁊ cum ipſo cōſtituit anguluꝫ equalē illi angulo qui intercipit inter radium incidētis: ⁊ coꝛpus ſuper qȯ incidit. Patet etiam ꝓpoſitū per hoc ꝙ aliq̄ ſpecula non ſunt foꝛmaliter pſpicua ſicut in calibe polito ⁊ argēto polito: bene videt aliqs coloꝛ tanq̄ꝫ in ſpeculo: ⁊ tamē in iſtis nō recipit ſpēs coloris: qꝛ nō eſt nata recipi niſi in pſpicuo tñmō: ergo hic recipit in aere ꝑpinquo talibus ſpeculis. ſꝫ ut ibi nō pōt terminare viſionē. qñ etiaꝫ recipit in ſpeculo pſpicuo vitreo: adhuc ibi nō terminat viſio niſi ad aliqd opacū ſuppoſitū. puta plūbum ul' aliud huiuſmodi. dico ergo ꝙ in viſione tali ſpeculari ſpēs nō eſt viſa. ſed tm rō vidēdi obiectū illud cuius eſt ſpēs: non tñ per lineã rectã: ſed per lineam reflexã. vñ obiectū qdem nō eſt pñs oculo per lineam rectã ſed reflexã cōcurrēte cuꝫ recta in pūcto: ubi eſt ꝯcurſus radij viſualis cum catheco.

¶ Qōne. 18. ante illud. De ſecūdo pꝛincipali.

Nota ꝙ ultra nãleꝫ bonitatē uolitiōis que cōpetit ſibi inquãtū ens: que etiã cōpetit cuilibet enti poſitiuo ſm dñiam ſue entitatis magis ⁊ minus pter illã eſt triplex bonitas moralis ſm gradus ſe hñs. Pꝛima dicit bonitas ex genē que cōpetit uolitioni ex hoc ꝙ trãſit ſup obiectum cōueniēs actui tali ſm dictamē recte rōnis: ⁊ non ſolū qꝛ cōueniens actui tali nãliter ſicut ſol viſioni. ⁊ hec eſt pma bonitas moralis: que ideo pōt dici ex genere: qꝛ q̄ſi mãlis reſpectu oīs bonitatis poſterioris ſiue ulterioris in gñe moris. naꝫ actus trãſiēs ſup obiectū cōueniēs eſt q̄ſi foꝛmabilis per quãcūq̄ aliam circūſtãtiam moralem: ⁊ ita q̄ſi potētiale: nō oīno ſic extra genus moris ſicut fuit ipſe actus in gñe nãe ſed in genere moris qꝛ iam hēt aliqd de illo gñe. puta obiectū debituꝫ actui. Scōa pōt dici bonitas ꝟtuoſa ſiue ex circūſtãtia que cōpetit uolitioni ex hoc ꝙ ipſa elicit a uolūtate cuꝫ oībus circūſtãtijs dictatis a recta ratione debere ſibi cōpetere in eliciēdo ipſam. bonū eniꝫ eſt ex cauſa integra ſm Dioᵐ. 4. de di. no. Et illud eſt quaſi in ſpecie moris bonum. qꝛ iam hēt oēs differētias morales cōtrahētes bonum ex genere. Tertia bonitas pōt dici meritoria ſiue gratuita in acceptatione diuina in oꝛdine ad pmium que cōuenit actui: ex hoc ꝙ preſuppoſita duplici bonitate iam dicta elicit cōfoꝛmiter pncipio merēdi qȯ eſt grã uel charitas. Exēplum pmi. dare elemoſynam. Exēplum ſecūdi. dare elemoſynaꝫ pauperi qui eget: ⁊ in loco quo pōt ſibi competere pꝛopter amorem dei. Exēplum tertij. illud opus facere non tm ex inclinatione naturali ſicut potuit fieri in ſtatu innocētie: ⁊ foꝛte poſſet modo fieri a peccatore: ſi adhuc peccatoꝛ exiſtēs ⁊ non penitēs ex pietate naturali moueret ad pꝛoximuꝫ: ſed tm ex charitate ex qua faciēs eſt amicus dei inquantuꝫ reſpicit opera eius. hec triplex bonitas eſt oꝛdinata: ita ꝙ pma pꝛeſupponit ſecūde. ſecūda tertie. ⁊ nō ecōuerſo. huic triplici bonitati coꝛreſpōdet tritriplex malitia. pꝛima ſiqdem eſt malitia ex genere: quando. ſ. actus qui tm habet bonitatem nature ex pꝛimo ex quo debet conſtitui in genere moris habet malitiam: quia tranſit ſuper obiectū diſconueniēs: puta ſi odire tranſit ſuper deum. Secūda autem malitia eſt ex aliqua circūſtantia deoꝛdinante actum: lꝫ habeat obiectum conueniēs. tertia demeritoria de ſecundo pꝛincipali.

aliorum.

Finis.

¶ Incipit tabula queſtionum quolibetalium.

Queſtio. I. **Utrum** in diuinis eēntialia ſint imediatiora ipi eēntie diuine uel notionalia. 2

2 Utrum in deo poſſunt eſſe plures ꝓductiones eiuſdem rationis. 5

3 Utrum iſta poſſint ſimul ſtare ꝙ relatio ut comparata ad oppoſituꝫ ſit res: ⁊ ut comparata ad eſſentiam ſit ratio tm. 8

4 Utrum ſubtracta uel ſeparata ſiue circūſcripta relatione originis poſſet manere pma perſona diuina conſtituta ⁊ diſtincta. 11

5 Utrum relatio originis in diuinis ſit foꝛmaliter infinita. 14

6 Utrum eq̄litas in diuinis ſit relatio realis. 16

7 Utrum deum eē oīpotētem poſſit rōne neceſſaria demonſtrari. 20

8 Utrū filius ſiue uerbū diuinū hēat aliquã cãlitatem ꝑpꝛiam reſpectu creature. 25

9 Utrum deus poſſit facere angelum infoꝛmare materiam. 27

10 Utruꝫ deus poſſet ſpēs que ſunt in eucharíſtia conuertere in aliqd pꝛeexiſtēs. 29

11 Utrū deus poſſet facere ꝙ manēte coꝛpore ⁊ loco eius coꝛpus nō habeat ubi in loco. 32

12 Utrum reſpectus rei create ſit idem ad deū creantem ⁊ conſeruantem. 33

13 Utrum actus cognoſcēdi ⁊ appetendi ſint eēntial'r abſoluti uel eēntialiter relatiui. 35

14 Utrū aīa ſue pfectioni nãli relicta poſſit cognoſcere trinitatem pſonarū in diuinis. 38

15 Utrū reſpectu uerbi creature intellectus poſſibilis ſit actiuus uel paſſiuus. 42

16 Utrum libertas uoluntatis ⁊ neceſſitas naturalis poſſint ſe compati in eodem reſpectu eiuſdem actus ⁊ obiecti. 45

17 Utrū actus dilectionis nãlis ⁊ actus dilectiōiſ meritorie ſint eiuſdem ſpeciei. 48

18 Utrum actus exterioꝛ addit aliqd bonitatis ul' malitie ad actum interiorem. 49

19 Utrum in chꝛiſto vnitas nature humane ad ꝟbum ſit ſola dependentia nature aſſumpte ad perſonam uerbi. 52

20 Utrum ſacerdos obligatus ad dicēdum miſſaꝫ pꝛo vno: obligetus etiam ad dicēdum miſſam pꝛo alio ſufficienter ſoluat debituꝫ dicēdo vnã miſſam pꝛo ambobus. 56

21 Utrū ponēs mūdi eternitatē poſſit ſuſtinere aliquem eſſe vniuerſaliter bene foꝛtunatum. 59

¶ Expliciunt queſtiones Quolibetales edite a fratre Joanne Duns oꝛdinis fratrum minorum doctore ſubtiliſſimo: ac omniuꝫ theologoꝝ pꝛincipe. Per excellētiſſimuꝫ ſacre theologie doctorē magiſtruꝫ Mauritium de Poꝛtu Hibernicum eiuſdem oꝛdinis fratrum minoruꝫ: in gymnaſio Patauino oꝛdinarie legentem maxima cuꝫ diligentia emēdate. Impꝛeſſe Venetijs (mãdato dñi Andree Toꝛreſani de Aſula) per Simonem de Luere. 28. Julij. 1506.

Joannis Sugane Taruiſini artium cultoris Tetraſticon.

Coꝛpora duꝫ rapuit lacheſis: violare liturís
Credidit eternos emula moꝛs animos.
At ſup aſtra feroꝛ. tribuit Mauritius euum.
Eumenides noſtro limine abite pꝛocul.

Alexandri Luçagi Brixienſis libera liū diſciplīarū pfeſſoris Epigrãma.

Liuoꝛ edax: foꝛtuna ruens: carioſa uetuſtas
Linquite nunc Scoti limina adire dolis.
Munera nã ſuperū magno collata fauore
Moꝛtales decuit non latuiſſe diu.
En virtutis adeſt ſplēdoꝛ clariſſimus oꝛbe
Mauritius. laceras qui reuocauit opes.
Si diuerſa migrãt aīe per coꝛpora patrem
Venit in hunc ſcoti ſpiritus eximij.
Ambꝛoſiū doctis nectar mō ſcotica pallas:
Ignaris urgens hoc duce calcar erit.

Regiſtrum.

A	E
Queſtiones	phyᶜ. vult
Doctoris	deu cōſeruãtē
rū: iuſtū:	eſſe eſt
ab eſſentia	gulare ⁊
B	**F**
Auic. p.	oīno poſſet
bm̄ Aug.	qua terminat
ple reſpectu	tellectiuã pꝛo
mo lapis	nō opoꝛteret
C	**G**
huiuſmodi	reſpectus. ⁊
tate per	¶ Secundo
perfecta	uoluntas.
idē refert	ſunt tot
D	**H**
etualis. Ex	eque coīcat
to igit	obligati
illa rōne	culo quantū
quidē eē	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca